Quelle:
Copyright:



„is adscribitur; verum hoc longe diversum a nostro est opus, ut conferenti patebit. Stimulus noster amoris juxta praefationem, quae incipit: Liber iste qui stimulus amoris „in dulcissimum;" tribus constat partibus, qua„rum prima incipit;" currite gentes undique;" et typis impressus legitur inter opp: S. Bona„venturae /: Lugd: 1668 Fol. / T. 7. p: 192. Verum nec huic tuto adjudicari potest; Be„nedictus enim a Cavalesio in Prodromo ad opp: S. Bonaventurae col: 703 Supposititium habet, et compilationem esse autumat F. Hen„rici de Balma Ord: Min: Vide etiam, quae idem in eodem prodromo ex Gersone adfert col: 229.

Henr: de Balma

2.

Tractatus de 7 Sacramentis, seu de officio Sacer„dotis.

38a – 60a

Tractatus de Septem Sacramentis. Titulus est: " Incipit tractatulus parvus pro infor„macione simplicium Sacerdotum de Septem „Sacramentis." In praefatione, quae inci„pit: Quoniam officii Sacerdotalis exerci„tium, se acturum author ait de divinorum officiorum celebratione, de Sacramentorum collatione, et de populi catholici instructio„ne, quibus totum opusculum absolvitur. Primae partis verba initialia sunt: " Septem sunt itaque hore canonice". Idem est opus, quod Kropffius exhibet in Bibl: Mellic: p: 61. et Quetif inter Supposititia S. Thomae collocat.